




PERILLVSTRI,
AC REVERENDISSIMO
D. D. IOANNI FRANCISCO
DE GONDY PRIMO ECCLESIAE
PARISIENSIS ARCHIEPISCOPO.



OVVM Commentariorum genus nouo
Parisiensi Archiepiscopo, & primum
mei calami fructum primo Archipræsuli
multis de causis affero, & offero; inter
quas non vltima venit, quod Ordinis
istius, cui dedi nomen, singulari veneratione
prosequaris Institutorem Beatum
Franciscum de Paula, quæ tuorum quidem
fuit auita pietas, sed quæ in tanto
Præsule altiores radices egisse videatur.

Ad quod illorum accedit, quorum vel nutum detrectare mihi nefas
fuerit, imperium, cui eò libentiùs obsequor, quò tua plurimùm inter-
est, vt illa scelerata impietas, quæ in hac sæculorum fœce palam de-
bacchari ausa est, quam in hoc opere debello, æternùm conticescat, &
Athei redeant ad antiquam Gallorum religionem, qui constanter post
Christi Domini susceptum Euangelium Diuini Numinis prouidentiam
augustè, sanctèque venerati sunt. Quibus addo te huius vrbis, &
orbis Parisiensis vt vigilantissimum Prælatum sapientissimè constitu-
tum esse, in qua sicut eximiam plurimorum virtutem, atque pietatem
admiramur, à multorum etiam infesto, & immani scelere longissimè
abhorremus, ad cuius fastigium non video quid adiungi possit, cum
numen omne pernegent, & ex eorum mente, quibuscum familiari-
ter degunt, sensum Diuinitatis, & consensum pro viribus euel-
lant. Quamobrem impij suorum numerum in hac Parisiorum luc-
ingentem esse aiunt, atque gloriantur; quod siue à veritate sit
num, siue ab eis confictum, vt alios faciliùs ad suam impietatem
traducant, (quod mihi persuadeo, nisi Hæreticos Atheis aperuerent)
id vnum à Deo Opt. Max. postulo, vt non solùm Grego-
gi Neocæsariensis Episcopi instar, qui ex suis Dio-
cesanis 17. duntaxat